UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Epistolai tu hagiu Isidōru tu Pēlusiōtu

Isidorus <Pelusiota>

Parisiis, 1585

Eidem. 123.

urn:nbn:de:hbz:466:1-71898

Visual Library

τα τὰ ἔθνη, τὸ ἄγνωμον καὶ ἀχάριστον τῶν ἰουδαίων παραιτούμενος. οὗ χάριν πρὸς τὰ ἔθνη στραφέντες, εἰς πᾶσαν τὴν οἰκουμένην, τοῦ θείου κηρύγματος αἴγλην ἐξέλαμψαν.

Δωροθέῳ κόμητι. ρκβ.

Εἰρήνην ὁ ἱερεὺς ἀπὸ τοῦ ὕψους τῆς καθέδρας τῇ ἐκκλησίᾳ ἐπιφθέγγεται, τὸν κύριον τῆς καθέδρας μιμούμενος ἀναλαμβανόμενον, εἰρήνην τὴν οἰκείαν ἀφιέντα καὶ διδόντα. τὸ δὲ, καὶ τῷ πνεύματί σου παρὰ τοῦ λαοῦ ἀποκρινόμενον, τοῦτο δηλοῖ. εἰρήνην μὲν ἡμῖν παρέχες κύριε, τὴν ἐν ἀλλήλοις ὁμόνοιαν. εἰρήνην δὲ δὸς ἡμῖν τὴν πρὸς σὲ ἀδιαίρετον ἕνωσιν, ἵνα τῷ πνεύματί σου εἰρηνεύοντες ὃ ἡμῖν ἐν ἀρχῇ τῆς δημιουργίας ἐνέθηκας, ἀχώριστοι τῆς σῆς ἀγάπης τυγχάνωμεν.

Τῷ αὐτῷ. ρκγ.

Η καθαρὰ σινδὼν ἡ ὑφαπλουμένη τῇ τῶν θείων δώρων διακονίᾳ, ἡ τοῦ ἀριμαθέως ἐστὶν Ιωσὴφ λειτουργία. ὡς γὰρ ἐκεῖνος τὸ τοῦ κυρίου σῶμα σινδόνι ἐνειλήσας τῷ τάφῳ παρέπεμψε, δι' οὗ ἅπαν τὸ γένος ἡμῶν τὴν ἀνάστασιν ἐκαρπώσατο. οὕτως ἡμεῖς ἐπὶ σινδόνος τὸν ἄρτον τῆς προθέσεως ἁγιάζοντες, σῶμα χριστοῦ ἀδιστάκτως εὑρίσκομεν. ἐκείνην ἡμῖν πηγάζον τὴν ἀφθαρσίαν, ἣν ὁ παρὰ Ιωσὴφ μὲν κηδευθεὶς, ἐκ νεκρῶν δὲ ἀναστὰς Ιησοῦς ὁ σωτὴρ ἐχαρίσατο.

Τῷ αὐτῷ. ρκδ.

Θεοῦ πάθος οὐ λέγεται. χριστοῦ γὰρ τὸ πάθος. γέγονε σαρκωθέντος δηλονότι θεοῦ, καὶ τῇ προσλήψει τῆς σαρκὸς τὸ πάθος ὑπομείναντος. θεότης γὰρ γυμνὴ οὐ μόνον πάσχειν οὐ δύναται, ἀλλ' οὔτε κρατεῖσθαι, οὐδὲ ὁρᾶσθαι, εἰ μὴ τῇ φύσει τῶν ἀνθρώπων ἡνώθη φιλανθρώπως.

Quamobrem illi ad Gentes conuerſi, diuinæ prędicationis ſplendorem in vniuerſum terrarum orbem diffuderunt. *Act. 13.* *Rom. 10.*

Dorotheo Comiti. 122.

Pacem ſacerdos ex cathedræ faſtigio eccleſiæ pronunciat, Dominum ſcilicet imitans, cathedram aſſumentem, cùm pacem ſuam diſcipulis relinqueret, ac daret. Illud autem, quod à plebe reſpondetur, Et cum ſpiritu tuo, hanc habet ſentẽtiam: Pacem quidem nobis præbuiſti Domine, hoc eſt mutuam inter nos concordiam. Pacem autem nobis da, hoc eſt eiuſmodi tecum coniunctionem, quæ nullo modo diuelli poſſit; vt cum ſpiritu tuo pacati (quem nobis in creationis initio indidiſti) à tua charitate diſtrahi nequeamus. *Ritus Eccleſiaſtici expoſitio.* *Ioan. 14.* *Rom. 8.*

Eidem. 123.

Pura illa Sindon, quæ ſub diuinorum donorum miniſterio expanſa eſt, Ioſephi Arimathenſis eſt miniſterium. vt enim ille Domini corpus ſindone inuolutum ſepulturæ mandauit, per quod vniuerſum mortalium genus reſurrectionem percepit: eodem modo nos propoſitionis panẽ in ſindone ſanctificantes, Chriſti corpus ſine dubitatione reperimus, illam nobis immortalitatem fontis in modum proferens, quam Saluator Ieſus, à Ioſepho funere elatus, poſteaquàm à morte ad vitam rediit, largitus eſt. *Quid ſacrum corporale ſignificet.* *Matt. 27.*

Eidem. 124.

Dei paſſio non dicitur: verùm Chriſti paſſio. extitit enim videlicet, incarnato Deo, ac per aſſumptam carnem ſupplicium perpeſſo. Nuda enim diuinitas non modò pati non potuiſſet, ſed nec teneri, nec cerni: niſi hominum naturæ pro ſua benignitate ac miſericordia copulata fuiſſet.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN